

F. H.
30, 20.

Q. D. B. V.

SPEI

X 197 5000

Vk
1714

ET

FELICITATIS

OMNINA
CERTISSIMA,

quæ ex

symbolica

INSIGNIUM

sapientia

LUSATIA SUPERIOR

sibi indulget,

DEO benignissimo annuente

die 13. Decembr. M DC XCV.

post

finita sacra matutina,

NONNULLI JUVENES

bonæ indolis ac spei
exponent.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

His

DN. PATRONORUM FAUTO-
RUM ET AMICORUM

gratiosam præsentiam & benevo-
lam auscultationem
precatur

M. ADAM  MIRUS,

Con - R.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



ZITTAVIÆ,

Typis Michaëlis Hartmanni.

P. 11.
c. 23.

P.



* * * * *
Uam hodiè intuemur agri Hexapolitani faciem, originem trahere à temporibus Caroli IV, quem sceptrā purpuramq; Imperii pariter ac Regni Bohemici gestasse accepimus, nemo forsan inficias iverit. Cum enim nostræ civitatis incolæ iter Pragense cum longum tum difficile sibi viderent impositum, si rerum suarum controversias diremtas & dissolutas esse cupiebant; cumq; Regibus ipsis incommodum videretur, propter nimiam loci distantiam salutem civium adesse: non dubitavit Carolus IV. anno Christi supra millesimum trecentefimum sexagesimo quarto Zittaviam reliquis quinq; civitatibus adungere, arctissimoq; nexu ita devincire, ut unum veluti corpus constituerent, agriq; Hexapolitani nomine posteris commendarentur. Ab eo tempore fortuna hujus terræ non in eodem vestigio stetit, sed instar Euripi cujusdam varias induit mutationes, modò secundis, modò adversis primas tenentibus. Et si enim Reges Bohemorum pro munificentissima in hanc provinciam gratia nihil in se desiderari passi sunt, quod ad salutis publicæ cursum pertineret, quodq; florentes civium res non modò conservaret, verum etiam augetet; non tamen prohibere potuerunt, quò minù sæ temporum injuria, & perversa hominum malitia securitatis publicæ iter inhiherent. Misera agri Hexapolitani facies fuit sub Sigismundo, ubi motibus Husiticis ac bellis feralibus universa Bohemia veluti contremuit. Atrocitas insolentis mali adeò in hanc terram penetraverat, ut agri viderentur vastati, pagi ac vici perdit, urbes expugnatae, universa provincia immanissimâ crudelitate exhausta. Parum sibi quietis ac tranquillitatis indulgere potuit post immaturum obitum Uladislai posthumi, Georgio Bodiebrachio regnum Bohemiæ administrante. Cum enim Polonorum Rex Casimirus, qui in matrimonio habebat Elifabetham Uladislai Sororem, jus suum in Bohemiam pariter ac Lusatiam modò admonitionibus, modò minis gravissimis urgeret; in tantis rerum turbis hæc terra res suas maximè distractas & confusas esse intellexit. Summam penè noctem habuit sub sævissimis belli tumultibus, quibus Germania patrum nostrorum memoriâ per integros triginta annos vexata est. Ut enim pro temporum injuriâ rerumq; conversione coacta est, colla infelicia subdere hostibus diversis, illam invadentibus: sic, amissis omnibus, solitudinem vastam sibi relinqui vidit. Nec priùs eluctari tanta rerum incommoda potuit, quàm armis vel suâ sponte positis, vel fatigatione abjectis, gratam pacem aspiceret. Constantiora salutis tempora Lusatia nostrâ sub placido Saxonum regimine numerare potuit. Ex quo enim à Ferdinando, quem hujus nominis secundum faciunt, perpetuo manendi jure ad Saxonum Electorem, Johannem Georgium I. erat devoluta, non solùm respirare à nocentissimis belli incommodis coepit; sed etiam pace & concordia sempiternâ recreata est. Johannes Georgius II. ut pacis & tranquillitatis publicæ
fuit

fuit amantissimus; sic nihil magis in votis habuit, quàm ut quies publica Lusatiam perpetuò refoveret, & ad incrementa salutis majora adduceret. Nec vel sub Johanne Georgio III. vel sub IV. ulla calamitatis publicæ labe aspersa est, sed stetit celebris, & melior firmiorq; in dies surrexit. Quantum incomparabili virtuti Friderici Augusti indulgentissimi patriæ Patris nunc debeat, qui totus in eo est, ut in Saxonis terris salus ac securitas publica vigeant, notiùs erit singulis, quàm ut multis exponi verbis debeat. Et tantò quidem gratior videri nobis hæc felicitas publica potest; quò magis florentissimæ quondam provinciæ, in his Europæ turbis & medio bellorum incendio vel prostratæ ac dejectæ jacent, vel fato eisdem proximæ, nutare incipiunt. Quæ cum ita sint, cumq; & turpe sit, sua ignorare; & ingrati animi, memoriam beneficiorum divinorum abjicere; cogitationes nostras vertemus ad felicitatem, quâ inclyta nostra Lusatia hætenus recreata est, simulq; ominando & quodam animorum augurio prædicemus, quæ sub tanto Principe tempora in posterum expectanda sint. Gratulabimur nobis de patriæ Patre pio, felici, ac magnanimo, qui res Lusatiorum non solum conservatas, verum etiam auctas esse cupit. Expendemus quoq; quo subjectionis cultu devotissimo felices incolæ tantam Principis gratiam promereri velint. Versabimur in hoc instituto ita, ut ex hieroglyphica sapientia simus adducturi, quæ sperandi ominandiq; argumenta suppeditent publica insignia. Dum verò oculos ad enses Electorales convertimus, & observamus, antiquam Saxonum gloriam, ex conservata RELIGIONE, PACE, LIBERTATE & SECURITATE partam, in dies singulos illustriorem reddi, non pigebit, hoc lemmate eos ornare: ANTIQUA CORUSCANT GLORIA. Dumq; murus in insignibus Lusatiae superioris conspicuus nos admonet & de JUSTITIA, quâ serenissimus Elector omnium bona cupit esse aucta; & de FORTITUDINE, quâ contra omnes acerbitates vel fortunæ, vel temporum hanc terram munit, hæc verba apponemus: DEFENDENTE ENSIFERO. Succedent sex Civitates, ex insignium clypeis ostensuræ, quæ obedientiæ & subjectionis symbola serenissimo Electori liceat offerre. Procedet Budissa, & symbolicam Electori pietatem testabitur muro suo, quem in insignium clypeo habet, adjectâ epigraphæ: SERVAT ET PROFLIGAT. Sic enim celebrabit Electoris serenissimi in servanda hac civitate CONSTANTIAM; & in profligandis hostibus FIDEM. Monstrabit Gorlicium suam coronam, binis aquilis & leonibus circumdatam, apposito lemmate: HIS FAVENTBUS. Ut enim corona symbolum GLORIÆ est, aquila PRUDENTIAM refert, & leo FORTITUDINEM indicat: sic fatebitur, se tamdiu & verâ gloriâ perfrui posse, & prudentiâ res civium administrare, & fortitudine omnia vel temporum vel fortunæ incommoda vincere, quamdiu sub Saxonis placidissimo imperio licebit acquiescere. Succedet Zitta, ostensura in insignium clypeo Electori duas alas, leonem, aquilam & ex alphabethi ordine literam Z, adscriptis-

ver-

verbis: **OMINE QUADRUPlici**. Alæ enim symbolum **PIETATIS** sunt, siquidem pietate veluti in cœlum evolare & serenissimo patriæ Patri vitam longævam, felix regimen & omnigenam salutem vult impetrare. Leo refert **FORTITUDINEM**, quam ipsi testari satagit in omni fortuna; Aquila **PROMPTITUDINEM** in expediendis publicis mandatis exprimit. Z deniq; **LITERARUM** delicias indicat, quas semper amavit, ut Ecclesiæ reiq; publicæ dignos suppeditare viros possit. Proferet Lauba claves suas decussatim positas, cum epigraphe: **APERIUNT ET CLAUDUNT**. Aperiunt enim **JUSTA** justis; claudunt **INJUSTA** injustis. Ostendet Camentium duas turres, è quarum sublimitate duo viri eminent, in clypeo minori imaginem leonis monstrantes, cum his verbis: **HORUM AUXILIO**. Leo enim signum **ANIMOSITATIS** est; viri è turrium vertice eminentes **VIGILIÆ**; turrium deniq; moles **CONSTANTIÆ**. Agmen claudet Lœbavia, leoni, quem gerit, adscribens hoc lemma: **TENTATUS, NON VICTUS**. Hoc enim modo provocabit & ad **PATIENTIAM**, quâ obfidiones, incendia aliaq; fortunæ incommoda quondam tulit; & ad **CONSTANTIAM**; quam testari in posterum Electori cupit. Sustinebunt hoc pietatis munus quidam optimæ spei Juvenes, atq; celebrabunt Lusatia felicitatem, quam lætis oculis aspexerunt hæcenus, & ominando lætiores majoremq; sibi indulgent. Et quidem

JACOB FRIEDERICUS Neumann / Z. L. Prologi munus sustinebit.

CHRISTIANUS Ehrenfried Hübner / Z. L. Topographiam Lusatia fistet.

Gottfried Seeliger / Z. L. Electoris gladiis apponet verba: **ANTIQUA CORUSCANT GLORIA**.

JOHANNES GEORGIUS Demuth / Z. L. Oculos convertet ad insignia Lusatia, & adscribet lemma: **DEFENDENTE ENSIFERO**.

JOHANNES CHRISTIANUS Buttell / Z. L. Budissinensium muro apponet verba: **SERVAT ET PROFLIGAT**.

JOHANNES FRIEDERICUS MARCUS, Z. L. se vertet ad insignia Görlicensium, cum his verbis: **HIS FAVENTIBUS**.

DANIEL Zippel / Margl. Siles. Zittaviensium clypeo addet verba: **OMINE QUADRUPlici**.

MARTINUS Neumann / Z. L. Laubanensium clavibus adscribet epigraphen: **APERIUNT ET CLAUDUNT**.

Ehrenfried Zentsch / Z. L. Camentianorum clypeum signabit his verbis: **HORUM AUXILIO**.

HENRICUS Gottlob Schmied / Z. L. Lœbaviensium leonem ornabit his verbis: **TENTATUS, NON VICTUS**.

JOHANNES CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, Gorl. Luf. gratulationem suam diriget ad Lusatia civitates.

ANTONIUS Kießling / Z. Luf. munus Epilogi sustinebit.

Qui sive pietatem suam indulgentissimo patriæ Patri cupit testari, sive patriæ de felicitate constantissima gratulari; non denegabit, cras post peracta sacra matutina adesse, & quæ ominando ac vovendo de patriæ salute possunt prædici, benevolis auribus percipere. Quod reliquum est, Deum æternum tacitâ cordis veneratione precamur, velit Lusatia indulgere perpetuum felicitatis cursum, atq; sub tanto Principe cumulativè suppeditare, quæ Ecclesiæ ac Reipublicæ sunt utilia, quæq; omnium salutem & incolumitatem promovent.



* * * * *

Uam hodiè intuemur agri Hexapolitani faciem, originem trahere à temporibus Caroli IV, quem sceptram purpuramq; Imperii pariter ac Regni Bohemici gestasse accepimus, nemo forsan inficias iverit. Cum enim nostræ civitatis incolæ iter Pragensè

lutas esse cupiebant, propter nimiam locustarum irruptionem Carolus IV. anno Christi millesimo quingentesimo quarto Zittaviam reversus, in itinere primum, postmodum in itinere, ita devincire, ut Hexapolitani nomine posteritas terræ non in eodem statu ducit mutationes, nisi enim Reges Bohemici gratia nihil in se deperderet, quodq; agrorum etiam augetur temporum injuria, iter inhiherent. Mibi motibus Hussitarum tremit. Atrocitate ut agri viderentur versa provincia in tranquillitatis in posthumi, Georgii. Cum enim Polonus Elisabetham Uladislatiam modò admittentis rerum turbis esse intellexit. Summis multibus, quibus Georgius triginta annos vexat, conversione coacta vadentibus: sic, amicitiam. Nec prius eluctari tamen sponte positus, vel instantiora salutis temporum numerare potuit.



ubi viderent impositum, varias diremtas & discommodum videretur, esse: non dubitavit Carentesimum sexagesimo mittere, arctissimoq; neverent, agriq; Hexapolitane tempore fortuna hujusmodi ipsi cujusdam varias imprimas tenentibus. Et in hanc provinciam salutis publicæ cursum modo conservaret, veterunt, quò minù scilicet securitatis publicæ fuit sub Sigismundo, Bohemia veluti contractam terram penetraverat, urbes expugnata, unita. Parum sibi quietis obitum Uladislatii Bohemiam administrante. matrimonio habebat Bohemiam pariter ac Ludovicum gravissimis urgeret; in distractas & confusas sub favissimis belli tumore memoria per integros annorum injuriâ rerumq; tibus diversis, illam intactam sibi relinqui vidit. ait, quàm armis vel suâ pacem aspiceret. Conquido Saxonum regimio, quem hujus nominis

secundum faciunt, perpetuo manendi jure ad Saxonum Electorem, Johannem Georgium I. erat devoluta, non solum respirare à nocentissimis belli incommodis coepit; sed etiam pace & concordia sempiterna recreata est. Johannes Georgius II. ut pacis & tranquillitatis publicæ

fuit

fuit
blici
duc
tatis
in
ind
in
gu
vid
dan
vel
piu
gra
one
nus
pra
da
mo
esse
feli
in
qua
ver
qua
BE
red
SC
con
om
mn
ver
vita
syn
bol
peo
cele
TIA
fuar
ma
est,
sic
vium
con
acqu
dua